



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

5. Dies Septembris. Ubi adest Christus, aranea, murus est; ubi abest Christus, murus, aranea est. Sanctus Paulinus de S. elice.
-
-

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

Septemb.

Tessera.

701

Dei amantis providentiam illustrandam , in pretiosa illius pupilla nos omnes , ut pupillos contineri , nec pium ullum lædi , aut violari posse , nisi Divina ipsa pupilla violetur . Sumus enim expressæ illius imagines semper in oculis perlucentes , ut nostri obliviscinon queat , semper amet . Quām ergo , debet Deo disciplere sic amanti , non redamari ? Rectè enim Poeta :

Illi pœna datur , qui semper amat , nec amatur .

5. DIES SEPTEMB.

Ubi adest Christus , aranea , murus est ; ubi abest Christus , murus , aranea est . *Sanctus Paulinus de S. Felice.*

Dissiden-
tia sui.

Qui confidit Deo , diffidit sibi . Quomodo potes tibi fidere , cùm sis ipsa , quæ labitur fragilitas ; quæ delinquit pravitas ; quæ evanescit inanitas ? Rectè fidis Christo ; quo præsente , nihil tam est infirmum , quod hominem non confirmet ; quo absente , nihil tam est validum , quod non infirmetur . Tolle gratiam Christi , jam destitueris , quâ anteâ nitebaris basi : nisi enim Gratiae præsidio muniaris , expers mortiferi criminis diu esse non vales . Causa est , contumacia rationis ægrè Deo subjectæ ; ex qua consequitur , ut à Deo , & recto sæpius declinet , præoccupatis cupiditatibus in transversum abrepta ; quæ licet , possint altiore Rationis attentæ judicio frangi ; tamen , cùm hujus attentionis præsentiam multa divellant , ac dissident , fieri non potest , ut vitiosæ , ac in malum propensæ voluntati obscurata , & debilis ratio diu relugetur : nisi **D**ivinæ antidoto gratiæ retineatur in officio erga

702 *Christiani Militis* Septemb.
erga Deum. Hujus magnitudinem boni, id est, Gra-
tiæ solus capiet; cui mali, quod peccato inest formi-
dandi, perspecta fuerit magnitudo, & deformitas.

II. Tam distat à malignitate culpæ, malum po-
næ; ut licet hoc infinitis exaggeretur criciatibus
nunquam sit ad ullam culpæ malitiæ per venturum;
est pars Justitiae, poena; quæ cùm sit optima, male
esse non potest. A Deo infligitur; qui velle nisbo-
num nequit: undè conficitur, sua homini, si foret ex-
plorata damnatio, committendum tamen nullapa-
cto fore, ut se novo crimine obligaret. Imò, si jah in-
feris addicto promitteretur talus, eâ lege, ut cul-
pam lethalem admitteret, repudiandum fore condi-
tionem, eligendamque potius semipernam po-
nam, quam momenti unius culpam. Jam quoq[ue]
fisi, qui accumulant scelera sceleribus; qui suorum
conscii sordium, indè sordescunt procliv. us, lichen-
tiusque post alterum, & alterum lapsu, in quartum,
& ulterius prorumpunt: at tribus dæmonibus ad
carnificinam traditi, quintum & decimum, & plures
expediti sint tortores? O immanissimam, insepa-
sos insatorum hominum rabiem! Deterius est
quod unum addis patratis peccatum; quam quan-
tum Inferorum armamentario in reos Majestatis
homines, ac dæmones cuditur, occupaturque tor-
mentorum: estque hæc ultima insania; amare cul-
pam, & odire pœnam; cùm malitiæ immenso dis-
crimine pœnam quamvis, culpa etiam tenuis stupe-
tet: sed ipsa in pœna, cur tam cœci sumus, & senili-
cassi? Quis tandem carnifici, ad cædensem forcipem
addictus, petat, quibus crucietur laminas arden-
tes? Quis veneno iectus, captet novas, quas admo-

Septemb.

Tessera.

703

veat viperas? H̄eu! peccata peccatis nectimus; & quod sequitur, pœnas pœnis, multò quām à nobis fingi possunt atrocioribus.

III. At, si nos parùm tam perperam potens nostri amor h̄ic movet, moveat reverentia Salvatoris: ponatur denique injuria modus, ut satis sit toties illum prodidisse, sat ejus sanguinem toties polluisse. Quis antropophagus ad hostis cadaver pridem à se confecti furiosus recurrat, iterumque, ac s̄apius refugit? s̄avitum satis in eum, qui teab æteino dilexit! sufficiat haec tenus, inhibe scelere l à colaphis parricidam mantum; à proculatione Christi, à crilegum pedem; à perfidiâ mentem, tot amandi, timendi, fidelitatis servandæ causis tam diu rebellem! Promittit hinc Deus fœlicitatem perpetuam ac certam; referat peccati vastū chaos, & irremeabile profundum, ut absistas procul; pericula explicat, ne iis impliceris, beneficia, ut emolliaris filii sui mortem, vitæ tuæ, salutique impensam; ut nefas cœlæas posse alteri, quām ipsi vivere. Promittit hinc dæmon, imo objicit duntaxat momentum fugax pessimæ voluptatis. Inferorum tormentis obnoxium: & vincit, prôh scelus! & abs te iniquissimam, quam poscebat adversus Deum sententiam; teque ipsum tibi, cum spe tota salutis abs te aufert, sibique maticipat. Et in tanta cœcitate, pravitate, caligine, fragilitate, & ad quodvis malum proclivitate; in loco tam lubrico, tot inter hostium insidias, laqueos, machinas; tot inter fraudes, technas, pericula, quibus involvitur homo de se quidquam, ut audeat prætumere, viribus fidere? cum tantis, præsertim, malis se non possit expedire, nisi opitulante illi Dei gatiâ? si igitur

704 Christiani Militis Septemb.
igitur sapi, noli ulli extrà Deum firmiter fidere; quia
omnis homo fallax: noli etiam leviter credere; quia
omnis homo mendax: quod si facias, damno tuo in-
telliges non esse à verò alienum illud Poetæ:

Qui leviter credit, deceptus sapè recedit.

6. DIES SEPTEMB.

Magnanimo, nihil est magnum. *Seneca epist. 23.*

Magnani- I.
mitas.

Quod est Aquila inter volati-
cres; hoc est Magnanimus
inter homines. Nihil estimat
magnum in terris; prater
eum, cuius magnitudinis nullus est finis. Vnde nosse
genium magnanimi, in dolem magnanimitatis? Se-
neca utriusque lineamenta adumbravit: (a) Erum
gnanimus, si pericula non appetas, ut temerarius; no-
formides, ut timidus: mensura ergo Magnanimitatis, q.
nec timidum esse, nec audacem. Generosa mentis e-
rectio ad vertus difficultatem, in virtutis exercitatio-
ne insurgentem, extrà rem bellicam, ex eo satis su-
perqueenitet; quod animum prodat vere nobilem,
qui virtutis objectu non deficiatur, sed potius auden-
tior contrà eat; nec prius absistat conatu, quam per-
domitâ difficultate, & perruptis interpositis obici-
bus, gaudent successu. Sine hac virtute, irriti cadunt
necessitate, conatus reliquarum virtutum. Cùm enim
certum sit, exercitationes quarumcunque virtutum
obseptas esse difficultatibus: sanè, ni mens adversus
eas per Magnanimitatem erigatur, vel nulla unquam
concipietur voluntas ex virtute operandi; vel con-
cepta ad maturitatem non perveniet: sed factò mi-

(a) *Sen. 4. de virt.*